



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 73. Comitia Sacra pro electione novi Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. tem, ac Regiminis auctoritatem con
 A. C. 1655. tulerit.

§. LXXIII.

*Comitia sacra pro electione novi Pon
 tificis.*

*Conclave de
 Pontif. Rom.
 Erberman.
 de elect.
 Alex. VII.*

Viduata suo Pastore Sedes Apostolica
 languebat; sedulo igitur de novo
 Papa eligendo agebatur a Cardinalibus
 qui iustis de more Innocentio X. per
 lulis die decima octava Januarii numeri
 sexaginta duo conclave ingressi sunt
 quibus alii quatuor diebus subsequen
 tibus accessere: Priusquam scrutatio
 daretur initium, viginti duo Cardinales
 se mutuo societate ac fœdere iunxerunt,
 ac unanimiter Pontificem ceteris
 digniorem expetierant, propterea
 quibusdam maledicis *agmen volans* ap
 pellati. Hi in Julium Sacchetum con
 spirabant, cum vero Barberinos Car
 nales Jacobo Corrado favere crederent
 & de Hispanorum accessione dubita
 rent, hinc suam propensionem occu
 tare decreverant, donec ipsi deferen
 scente ceterorum animositate, ac con
 clavis diuturnitate fractis animis ad
 huc integri certam victoriam sibi pro
 liceri valerent. Vespere diei decima
 nonæ Mensis Februarii facta suffragane
 rum scrutatione inter plures dispersa

rant vota, non paucis tamen Chisio & Carafæ accedentibus: quoniam vero Cardinalis Barberinus in alio scrutinio solus triginta & unum suffragia tulisset, Cardinales Medicæi, qui Hispanicæ partis Caput erant, cautius agere, ac Barberinum, necnon Sacchetum excludi adlaborabant: nec deerat eorum conatibus exoptatus successus; quippe Hispaniæ Oratores mox declarabant, Regem suum haud quaquam passurum, ut Cardinalis jam antea exclusus, ad Pontificatum eveheretur: inde vero Albizius Cardinalis, vel ut ab aliis creditum, Linius Advocatus ansam arripuit divulgandi scriptum, in quo demonstratum ibat, quod sine gravi noxa Principum nullus electioni quorundam Cardinalium, qui a ceteris digniores reputantur, sese opponere valeat, sed damna tam privata quam publica inde exorta compensare teneatur. Huic scripto aliud opposuit Cardinalis de Lugo, comprobans, quod Cardinales in Pontificem legitime nec eligere debeant nec possint illum, quem Rex quidam Christianus, cui potissima Catholici Orbis pars paret, excludi petit: non deerant tamen alii, qui hoc Cardinalis scriptum refellere niterentur, imo Febeius sacrorum Rituum Magister palam declarabat, quod illi Cardinales, qui

sæc. XVII.
A. C. 1655.

Sæc. XVII. Sacchetum Pontificatu excluderent, sed

A. C. 1655. omnium damnorum reos efficerent,

quæ absdubio Ecclesia Catholica tantum
Viro orbata esset subitura: Hæc vero
Fabii libertas summopere displicuit Hispa-
niam. Porro die decima Februarii Car-
dinalis Trivultius gravi morbo obrutus
ex comitiis excedere cogebatur, et
tertio post die Petrus Aloysius Car-
dinalis qui communi ferme iudicio Pontifex
futurus credebatur, apoplexia tactus
decima quinta ejusdem Mensis obiit.

Paulo post nova habebatur scrutatio
in qua denuo Sacchetus triginta tri-
tulit suffragia; cum ergo hic sibi adha-
rentium numerum nunquam augeri
inde vero Pontificis electionem retinere
dari cerneret, ipsemet Fabium Chisium
suis proposuit fautoribus: nec id ingratum
erat *factionis volantis* Cardinalibus
nec ipsis Gallis, imo ne ipse quidem
Mazarinus obstare credebatur
quamvis aliunde Chisio minus esset pro-
pensus, eoquod ab eodem, dum Car-
dinalis Apostolicum ageret Nuntium
prohibitus esset, ne ad sopiendos in-
finitos tumultus pro Rege suo ibidem
militum delectum haberet. Hispani
tamen Cardinales in Franciscum Ab-
gelum Rapacciolum inclinare videban-
tur, eidem vero utpote Gallis nimis
propenso adversabantur Medicæi, nec

Sæc. XVII.
A. C. 1655.

non Antonius Barberinus, & Bernardinus Spada, qui, postquam Franciscus Ceva ex febris sua convaluerat, æger ex conclavi in gentis suæ Palatium efferebatur, omni Pontificatus spe dejectus. Interim in Marcum Antonium Bragadinum jamjam quadraginta duo convenerant suffragia, nonnisi Genuensibus Purpuratis & iis etiam oppido remisse, eidem sese opponentibus: immote autem Saccheto adhærebat præter Barbarinum factio volans; aliis tamen præplacuit electio Martii Ginetti Viri omnibus numeris absolutissimi, quamvis adversantem experiretur Franciscum Albicium, & Barberinos: Proponebatur etiam Marcus Antonius Franciottus Præsul morum integritate, scientia & prudentia longe præstantissimus, at a Gallis, eo quod rebus Austriacis studiosior, excludebatur: favebant non pauci Francisco Cherubino, qui quidem morbo correptus conclave reliquerat, pristinae vero valetudini restitutus, Pontificatus spem conceperat, quippe factionem volentem & Barberinos sibi vel ideo suffragaturos credebatur, quia ab Olympia Matrona expetitus, atque ab Innocentio X. Purpura decoratus, Barberinis integra fide ancillabatur. Prævaluere nihilominus, qui favebant Saccheto; quamvis enim

Sæc. XVII. hic Cardinalis suos impense rogasset, ut a suo desisterent proposito, hi tamen palam declarabant, quod salva conscientia nullum Sacchetto digniorem reputare valerent, e contrario Cardinales Hispanis addicti, alique, ut Sacchetum excluderent, nulli pepercerunt labori, huncque in finem Stephani Doratii electionem promovere simularunt. tandem vero Carolus Medicæus, Joannes Baptista Pallota Cardinales expositis tam diuturni conclavis molestiis, damnisque Ecclesiæ & urbi inde imminetibus, ceteros rogabant, ut fracta utriusque partis pertinacia alium ex Purpuratis sua conferrent suffragia; eapropter Fratrem Vincentium Maculanum Ord. FF. Prædicatorum proponebant: verum hujus electioni propter Olympiam sese opposuere non paucis ac præ ceteris ardentius Cardinalis de Lugo, qui sub Pontifice Dominico Societati, ejusque doctrinæ haud parum de sua existimatione detractum timebatur. Præplacuerunt non paucis Carpegna & Spada Cardinales, alii vero Cardinalis de Lugo, & Dominicus Cecchinus, quibus acriter adversabantur alii, ac præcipue Galli, qui potius una omnes ex comitiis excederent, quam sese dominio & gravi jugo Jesuitarum, qui Ecclesiam sub Papa Jesuitarum

pro arbitrio suo regerent, subdicere ma-
 luerunt, præcipue, ut inquiebant ipsi, cum Cardinalis de Lugo præter Theologiam speculativam nulla alia ad universale Ecclesiæ Regimen requisita prærogativa præditus, vix ad Collegii sui Rectoratum habilis esset. Jamjam vigesima quarta Mensis Martii dies fluxerat, & nondum potior suffragantium pars in unum conspirare videbatur: habebatur quidem iterata suffragiorum scrutatio in favorem Cardinalis Aloysii Capponii, a viginti octo Purpuratis nominati, mox autem alii suffragabantur Francisco Mariæ Brancaccio Viro meritis pleno: Hac igitur suffragiorum varietate indies unanimis electio eo difficilior fuit reddita, quo plures, iique omnes oppido idonei ad tantum Ecclesiasticæ dignitatis fastigium proponebantur; plusquam enim viginti numerabantur Cardinales, quos omnes meritorum suffragia ad Divi Petri Sedem exposcere videbantur: tandem vero Sacchetus incredibilis animi magnitudine suos amicos eo inclinabat, ut in Fabium Chisium sua suffragia collaturos se, pollicerentur: eum in finem, ne Cardinalis Mazarinus in Galliis agens obstare posset, ipse efficacissimas ad eundem necnon ad Franciæ Regem dedit literas, quibus Cardinalis Chisii

vir-

Sæc. XVII.
 A. C. 1655.

Handl. 137.
 P. 10. 1. 1.
 C. 10. 1. 1.

Sæc. XVII. virtutes, ac insignes animi dotes ex
 A. C. 1655. tulerat, tantumque erga hanc Natio-
 nem affectum eidem inesse sponderat,
 quantum Rex Christianissimus ab ipso
 met Mazarino sibi polliceri posset. Ne
 luxerat dies Paschatis seu vigesima
 octava Martii, qua Barberinus, volen-
 tis agminis Cardinales, alique seriosi
 Chisii electione in Bicchii Cardinali
 cubiculo agere cæperant; priusquam
 tamen Barberinus in illum penitus
 suorumque suffragio iret, extrema pro
 Saccheto tentare moliebatur: hic vero
 vehementer huic conatui resistit, pe-
 lam professus, quod si in solo suo ar-
 trio esset repositum, suo capiti
 imponere, illam tamen sibimet demere
 & in caput Chisii utpote dignissimi trans-
 ferre mallet.

§. LXXIV.

*Fabius Chisus Cardinalis in Papam
 electus & Alexander VII.
 vocatus.*

*Nani Hist.
 Venet. t. 6.
 Ciacon. l. c.*

Interim opportune ex Francia Romam
 referrebantur Mazarini literæ, quibus
 significatum, quod Galliarum Rex
 Cardinalis Saccheti, pro Chisio inter-
 cedentis testimonio fidem habens, ejus
 exaltationem gratam haberet, imo et
 tiam impelleret, ut omnino is in Pon-
 tificem